



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

apud eundem, & suam nunquam intermorituram reperit. Ex Appar. Gelen. & Werthin. Annal.

## IX.

**A**D SULPIACVM seu Fussenich generis nobilitate & virtutum famâ conspicuarum Virginum Asceterium conditus & in honore est ADALRICVS Francici sanguinis Adolescens; qui primo ætatis flore, mundo calcato, largâ manu hereditatem suam inter pauperes sparsit. Deinde Romæ limina Apostolorum, & Coloniæ trium MAGORVM, aliisque loca, Sanguine & miraculis Martyrum nobilitata religiosè lustravit, multosque annos talem se, quales nos omnes sumus, peregrinum FUESSENICHII, gregem pascendo tamdiu vendidit, donec aridâ prorsius æstate ignotus Opilio: & precibus fretus, baculo rudi fontem, armentis, hominibusque è terra Medicum daret. Et quid mirum, si terreno Fonte cum alijs Divis Pastor hic potus perennes beatitatis fontes adierit, nulla deinceps siti cruciandus. Ex tabulis Fussenianis.

## X.

**W**IΛHELMVS Confessor amplissimâ fortutunâ PICTONVM Cornutum & AQVITANIÆ Du-

cum

